



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 94. Capisucci Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

Sæcul. XVI. co imperio obnoxiae. His alias etiam
 A.C. 1569. minoris tamen momenti rationes ad-
 jecit Cosmas, ex quibus tamen ceteris
 potissimum validior eruebatur ex æqu
 voluntate Pontificis, qui etiam Michael
 Bonello Cardinali Alexandrino nego-
 tium dabat, ut pariter cum Philippo
 Rege hac de re ageret, remque eo de-
 duceret, quatenus hæc controver-
 sia amice componeretur. Referunt Hil-
 ricorum nonnulli, quod Pontifex Sitio
 Althempio Cardinali injunxerit, ut
 tunc, nisi Cæsar æquis rationibus ren-
 confici pateretur, duo armatorum mil-
 lia in Germania conscriberet: verum
 re ad hanc necessitatem minime de-
 ducta Cosmas Magni Ducis titulum que-
 te possidebat, postquam ingentem pe-
 cuniæ summam Maximiliano dono de-
 derat.

§. XCIV.

Capisucci Cardinalis obitus.

Ciacon. t. 3.
 pag. 853.
 Andr. Vi-
 storel. in
 addit. ad
 Ciat. Ughel
 Italia Sacra.

Hoc anno Christi millesimo quinque-
 tesimo sexagesimo nono summae
 Pontifex nullum sacro Purpuratorum
 Collegio adscripsisse, ex Cardinalibus
 autem nonnisi unicus fatis cessisse legi-
 tur. Is erat Joannes Antonius Cap-
 isucci patria Romanus, Nepos Pauli
 Capisucci anno Salutis nostræ millesi-
 mo quingentesimo trigesimo nono de-
 functus.

functi, qui sub Clemente VII. & Paulo ^{Sæcul} XVI.
III. pluribus maximi momenti negotiis ^{A.C. 1569.}
præfuit: ejus autem Nepos Joannes
Antonius Anno Christi millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo quinto a Pau-
lo IV. Pontifice purpura decoratus est:
porro is ex antiquissima Romanorum
familia ortum traxerat, ac Romæ vi-
gesima prima Octobris die Anno Incar-
nationis Dominicæ millesimo quingen-
telimo decimo quinto, primam lucem
aspicerat, postquam dein sui ingenii,
prudentiae, ac probitatis præclara in
forensibus caussis specimina dederat,
ex Ecclesiæ Vaticanæ Canonico a Pau-
lo III. Rotæ Romanæ Auditor creatus,
atque a Paulo IV. Cardinalis renuntia-
tus est, ubi etiam præter Laudensem
Episcopatum sancti Pancratii titulum
obtinuit, quem tamen sub Pio IV. pri-
mo in illum sanctæ Crucis in Jerusalem,
ac denique in titulum sancti Clementis
commutavit. Postmodum mortuo Vi-
tellio Vitelloso a Pio V. subsignandis
Gratiæ rescriptis præfectus, atque in-
ter Purpuratos Congregationis sancti
Officii Patres numeratus est, acquisivit
que Piceni administrationem adjecto
Legati Apostolici titulo. Obiit Romæ
die vigesima nona Januarii Anno post
Christum natum millesimo quingentesi-
mo sexagesimo nono, ætatis suæ an-

no

Sæcul. **XVI.** no quinquagesimo quarto, ac sepultus
A.C. 1569. fuit in Ecclesia tituli sui ad sanctum
 Clementem prope facellum familie sua.
 Scripsit is, ediditque pro sua Diæc*c*
 quasdam constitutiones, quas in Co*c*
 cilio ibidem celebrato condiderat.

§. XCV.

Nachiantæ, seu Naclanti mors.

*Ant. de
Sienne
Bibi. Do-
miniq.
Echard de
Script.
Ord. Præd.
tom. I.*

Die sexta sequentis Mensis Maji mo-
 tuus est Jacobus Nachianta, in
 latino nomine Naclanti cognitus: u
 Florentiæ natus percurso ibidem stu-
 diorum curriculo Ordinem sancti Do-
 minici ingrediebatur, ubi etiam si
 Ordinis Sodalibus Theologiam præde-
 gens Anno Salvatoris nostri millesimo
 quingentesimo quadragesimo quarto
 Claudiæ - Fossæ in Venetorum ditione
 Episcopus a Paulo III. renuntiatus, at-
 que ad Tridentinam Synodum decretus
 Anno a partu Virginis millesimo qua-
 gentesimo quadragesimo sexto: verum
 ibi haud diu moratus inde secessit, qua-
 sito adversæ valetudinis obtenu, rete-
 men ipsa Legatorum præsentiam decli-
 nandi studio id faciebat; hi enim in il-
 lum vehementer erant commoti, eo
 quod Antonium Mariniarium Carme-
 litam contra Polum Cardinalem defen-
 dens incautius dixisset, nullam in Sy-
 nodo libertatem Patribus relinqu: ni-
 hilo-